

VERA AC MEMORABILIS
HISTORIA
DE
TRIBVS ENERGV MENIS
IN PARTIBVS BELGII,
ET DE QVIBVS DAM ALIIS
MAGIÆ COMPLICIBVS.

De fine mundi. Antichristo. Abominationibus, &c
misticis Sabbathorum.

De vocatione Magorum & Magarum in genere, & in
particulati. *Scilicet.*

MAGDALENÆ DE PALVD. LODOICI GAVFRIDY.
MARIÆ DE SAINS. SIMONÆ DOVR LET.
CVM TRIBVS APPENDICIBVS.

1. De mirabilibus huius operis.
2. De conformitate ipsius ad Scripturas, Patres, notiones com-
munes fidelium, & non fidelium.
3. De potestate Ecclesiastica super dæmones, locutione dæ-
monum, attentione eis adhibenda; notis criticis ad disser-
endum sub exorcismo verum à falso.

E rememorabilibus Nicolai de Momorenci Comitis Desbarre primariis
prefecti arerii Archiducum in Belgio, &c. Et Reuerendi admodum
P. F. Sebastiani Michaëlis, Inquisitoris fidei, et primi Reformatoris
ordinis Predicatorum in Regno Gallie, & P. F. Francisci Dompiti,
sacre Theologie Magistri, edita in lucem diligentia Ioannis le Nor-
mant Domini de Charenton, &c.



LVTETIAE PARISIORVM,
Apud NICOLAVM BvON, viâ Iacobçâ, sub signo
S. Claudi, & Hominis Siluestris,

M. DC. XXIII. 2 - 10
Cum Approbatione ac Privilegio Regis.



Deuter. 17.

Si difficile atque ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter causam & causam, &c. & iudicium intra portas tuas videris verba variari: surge & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus; veniesque ad Sacerdotem Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit in tempore illo, quæresque ab eis, & ipsi indicabunt tibi iudicij veritatem: ut facies quæcunque dixerint, qui præfunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint iuxta legem eius, sequerisque sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, neque ad sinistram.



REGI CHRISTIANISSIMO LODOICO IVSTO.



N VICTISSIME & semper Au-
guste. In proximo instare tremen-
dum magni iudicij diem, & Anti-
christum tam in mundo natum, an-
no Domini 1611. In medio ciuitatis
iae Regiae, in augustissimo orbis ter-
rarum templo, me renitente, coram multis, multo ser-
mone & impremeditato testificari cœpi: de eo quod con-
tigerat, varium fuit hominum iudicium: quidam tur-
bata omnia tribuebant cerebro; alij vero cœn porten-
tum quoddam atque predignum demirabantur, eis ve-
rò de his plurimum anxius omnis diligentia requirere
cœpi, que pro animi mei quietudine facere viderentur.
Considerabam iuxta veriorem suppurationem mun-
dum iam annos durasse 5622. In ipsi secula 57. numera-
ri, seculum vero pro anno quandoque computari, unde
conijscebam mundum iam annum 57. attigisse, hunc
vero illi merito clymatericum esse cum sit homini, qui
mea a loco sumi microcosmus cœn abbreviata imago est.
Congruentiæ plures aliae similes de mundi fine indagan-
ti pro runc occurrebat, que iam prætereo. Fuit autem
historia, qua de Lodoici cuiusdam Gaufridi principis
omnium magorum vocatione, apprehensione, confessio-
ne & supplicio loquitur, hanc paulo post in lucem edis-



VERA AC
MEMORABILIS
HISTORIA DE TRIBVS
energumenis in partibus Belgij.

S E V,

Annotationes quedam, dictorum factorumque memorabilium, que sub exorcismo trium puellarum sanctimonialium, & detectione ac confessione duarum complicium magia, quarum altera Maria de Sains, altera Simona Dourlet nominabatur, & quarumdam aliarum, enenerunt.

TRACTATVS I.

De peccatis & abominationibus Mariæ de Sains.

P R A E F A T I O .



N N O Domini 1613. Reuerendissimus Dominus Episcopus Tornacensis, & R. D. Episcopus Buscoducensis, vnâ cum Comite Deterracensi supremo Praefecto Ægrarij Archiducum in partibus Belgij, & alijs quibusdam, destinarunt nuntium

A.